



Vita Et Doctrina Christi Domini

More, Henry

Antverpiae, 1649

VIII. Contentio inter Discipulos. Luc. 22. 24.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56545](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56545)

ingratis! quàm imparatis! si creditis me hominem-Deum, & hoc credite Corpus meum: eadem enim est potentia, eadem voluntas & charitas. Hoc denique facite in meam commemorationem.

3. Hic est sanguis meus novi testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Illud pro vobis, hic pro multis. Commonitio est ut studeamus esse de multis. Quàm multi non in remissionem, sed in augmentum peccatorum sumunt? quàm multi iterum illum sanguinem pretiosum effundunt! tu collige hunc, & illos. Empti enim estis pretio magno.

VIII.

Contentio inter Discipulos. Luc. 22. 24.

1. **F**acta est autem & contentio inter In die 5. A-
illos, quis eorum videretur esse pollinarius.
maior. Nondum sapiebant ea quæ sunt
spiritus, sed secundum hominem ambula- 1. Cor. 3. 3.
bant, inde zelus & contentio; quare non 1. Cor. 6. 7.
magis iniuriam accipitis? cur non potius
amulamur charismata meliora? ut simus, 1. Cor. 12.
non ut videamur boni; Dominus enim 31.
intuetur cor. vade & Reges gentium do- 1. Reg. 16. 7.
G minas-

146 MYSTERIA PASSIONIS

minantur eorum, & qui potestatem habent super eos benefici vocantur, potius quàm sunt.

Eccli. 32.

2. Vos autem non sic; sed qui re vera est maior virtute, fiat sicut minor; & si potestate maior; Rectorem te posuerunt? noli extolli, esto in illis quasi unus ex ipsis, &c. Ego enim in medio vestrum sum sicut qui ministrat, id est, me habeo nō vt Deum, sed ministrum Patris; & in humilitate me contineo, non vt Dominus, sed vt seruus vester.

3. Vos autem estis qui permāsisse mecum in tentationibus meis: & ego dispono vobis sicut disposuit mihi Pater meus regnum; vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo: & sedeatis super thronos iudicantes, &c. quasi dicat: ¹ Ego ² dispono ³ vobis ⁴ regnum, sed, sicut disposuit ⁶ mihi ⁷ Pater meus: si videlicet ⁵ permaneatis ² mecum in ¹⁰ tentationibus; & cetera feceritis, quibus thronos promisi; vnde & Petro hīc dicit, ¹ Ego ² rogavi pro te, nequaquam vt non tenteris, non ⁴ cribreris, vt paupertatem, humiliationem, &c. non sustineas, sed vt non deficiat ⁵ fides tua; & tu aliquādo ⁶ conuersus ⁷ confirma ⁸ fra-

** fratres tuos, in hac ipsa sententia; parum enim videbimini æstimare regnum quod ego dispono vobis, & viam quâ dispono, si illa pro regnis & viis mundi commuteris; si ab exemplis humilitatis tam recenter datis tam citò discedatis.*

IX.

Mandatum nouum. Io. 13. 24.

1. ** Mandatum * nouum do vobis, vt diligatis * inuicem * sicut dilexi vos, vt & vos diligatis inuicem. Inuestigandum igitur quâ in re consistit nouitas dilectionis Christi, vt eam imitemur præsertim cum iterum, secundo, tertioque hoc repetat, cap. 15. Nouitas autem hæc cernitur*

1. *Quoniam ipse prior dilexit nos. 1. Io. 4. 19. Quod certè nouum est; apud nos enim bonitas rei præexistens prouocat ad amorem.*

2. *Omnes dilexit: vult enim omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. 1. Tim. 2. 4.*

3. *Immerentes: Non enim quia cunctas Gentes vincebatis, &c. iunctus est vobis Dominus, &c. Deuter. 7. 7.*